

Alte Drucke

**M. T. CICE=||RONIS EPISTO-||LAE AD COMPLVRES || SCRIPTAE,
QVAS VVLGO || FAMILIARES APPEL=||LARVNT, || CVM
ARGVMENTIS GI-||berti Longolij, editæ || DE ...**

Cicero, Marcus Tullius

Lipsiae, 1566

VD16 ZV 30873

ARGVMENTA BREVIA ET SVCCINCTA IN omnes Epistolas Familiares M. T.
Ciceronis, per Gibertum Longolium.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149860

ARGVMENTA

BREUIA ET SVCCINCTA IN
omnes Epistolas Familiares

M. T. Ciceronis, per Gi-
bertum Longo-
lium,

¹ Ego omni)
Nunciat Lentulo, quid in causa illius in senatu
actum fuit.

² Idibus Ianuarij)
Nunciatoria haec est. Continet causas frustra
Lentuli senatus & quid sperandum deinceps Lentulo sit,
ex secunda conuocatione ostendit.

³ Aulo Trebonio)
Commendatoriae epistolae tacitam hortationem
habent, non enim cuiquam fauemus, nisi dignus sit
propter quod illi bona fieri debeant: Ita Aulum Tre-
bonium commendat Lentulo, ut illi in rebus necessarijs
adminiculo sit.

⁴ Ad XVI.
Quo minus ex uoluntate Lentuli & Ciceronis re-
confecta sit, conijcit culpam in senatus dissen-
sionem. Subiungitur commendatio officij sui, a cura & pro-
uidentia, qua in confirmatione causae usus est.

⁵ Tametli mihi)
Quis fuerit affectus Ciceronis in amicis uiuentis,
haec epistola exprimitur. Habentur & nouae causae,
cur negotium minus confectum sit.

⁶ Quae gerantur)
Excusatio per ἀπολογία, breuius scribo, quia
nunc

utrorumq; nostrorum amicus Pollio rem tibi omnem enarrabit. Recitat ipse causas consolationis doloris sui, ne omnino spem de causa deposuisse credatur.

7 Legi tuas)

Respondet uarijs Lentuli literis, Primum causas dicit cur non tam frequenter quam cupiat, scribat. Addit numerum eorum, qui Lentulo, aut male aut bene cupiunt. De Pompeio quoq; conciliato gaudere se dicit. Postremo consilium suum aperit, quo Lentulus ab aduersariorum iniuria tutus esse possit.

8 De omnibus)

Principium epistolæ idem est, quod in superiore, cuius initium, Quæ gerantur: Et hic Cicero prope modum animum in causa Lentuli dimittit, quod Senatus nullo neque ordine, neque iudicio negocia transigat.

9 Periuicundæ mihi)

Hæc epistola partim Lentuli, partim Ciceronis in negocijs consumitur: Lentuli quidem, cum de rebus ad illum pertinentibus a Cicerone certior fiat, officij erga se amplissimam memoriam sentiat renouari. Ciceronis uero quando ille se purgat & leuitatis & inconstantiae, quod cum ijs redierit in gratiam, quos antea ut inimicissimos oppugnavit & uexauit. Reijcit omnem in temporum constitutionem culpam, & a sapientissimorum iudicio & autoritate inculpabilem se præstare nititur.

10 Quod rogas)

Quando a plerisq; putata est hæc superioris pars postrema

postrema, eiusdem etiam erit conditionis, nempe ad
uarias literas Lentuli abundans responsio.

11

Cur enim)

Iocus quidam in Valerium, sed urbanus quique aculeum in animo Valerij relinquat, sed is tamen figuratus ab aliorum testimonio, nec nouas causas conuincimelia excitet.

12

Quanquam me)

Duas partes habet hæc epistola, prior excusationem mixtam officij commendatione proponit: posterior adhortationem ad gloriam & laudem subiicit.

13

Graui teste)

Consolatoria est epistola. Deinde dissuasio ut sumus inutiles in funere patris non faciat. Nam in funere parentis ludos edere populo decreuerat Curio, & ut Cicero se absente denunciaret, mandaratur.

14

Epistolarum genera)

Argumenta epistolæ a Cicerone affectatum est, ut id ageret, quod alioqui sine reprehensione uix posset, nempe ut hortaretur eadem ratione qua sæpius antea. Quod ut omne aperire faceret obstabat nobilis Curionis animus, ne is diffidentia sua labefactaretur.

15

Hæc negocia)

Gratulatio Ciceronis, quod Curio & materiam & occasionem habeat amplificationis dignitatum laudumque suarum: & ut aliquando Rempub. capeisset sub finem callide adhortatur.

16

Nondum erat)

Solicite Cicero Milonem commendat Curioni, ut illius consulatus & dignitas, tanquam sui ipsius curæ sit.

fit. Est autem artificiosa epistola, omnibus locis suavis
onis referta.

17

Sera gratulatio)

Quamquam alia multa in hac epistola agat Cicero,
solitam tamen clausulam non omittit, qua adolescen-
tis animum ad confidentiam sui ipsius confirmat.

18

Quid ? tu me)

Levis obiurgatio per reiectionem, hoc est, apodia-
xin, non enim ab amicissimo sibi scribi cupit, quæ a
ulgo passim produntur. Ex qua re clam illius senten-
tiam de gliscente inter Cæsarem & Pompeium dis-
cordia requirit, ut animum hominis exploratum ad
partes Pompey, cui plus fauebat, inclinet.

19

Primum tibi)

Gratulatoria est epistola, quæ de dignitate, & re
pulsis competitoribus illi gratulatur.

20

Tu uide)

Ne alienet a se Cælij animum exprobratione im-
memoris officij (quod in nouis dignitatibus nonnun-
quam solent mutari animi) culpam in tabellarios con-
silio transfert. Deinde res gestas suas cum amplifica-
tione exponit, scilicet ut dignum se esse ostendat ami-
citiæ & familiaritate Cælij.

21

Putarene unquam)

Ut ad Atticum scribat, Cælius Ciceronem horta-
tus fuerat, ut in provincia maneret. In hac itaq; episto-
la causas reddit, cur id sibi non faciendum existimet.
Deinde cum apud ædiles Roman. ludorum procura-
tio esset, & ædilitatem suam populo spectabilem red-
dere cuperet Cælius, & ob id pantheras a Cicerone
petisset, quid de illis possit, rescribit Cicero.

1

Soli

ARGVMENTA

22 Sollicitus equidem)
Literarum officium a Caelio requirit, hortaturque
ut ad urbana negotia se totum comparet.

23 Raras tuas)
Officiosa est epistola; qua se consilio Caelij acquiescere uelle ostendit.

24 Fabio uiro)
Fabium de meliore nota commendat, nempe animi
uirtutibus & ingenio, & quo pacto res Rom. habet
at, requirit.

25 Non poruit)
Mixta est hæc epistola, nam & diligentiam amicorum
agnoscit, Et quid de Dolabella & Tullia
prijs sentiat, scribit. Et cur Caelium provincie præfecerit, rationes reddit.

26 Magno dolore)
Excusat se a falsa suspitione Caelij, quam in contrariam
uoluntatem derorquet, tantum scilicet se a
Cæsaris & Pompeij dissidijs dissidere, ut nihil pace
& tranquillitate Reip. carius habeat.

27 Literas a te)
Duo agit in hac epistola Cicero, primo respondet
mixtæ epistolæ Canini, deinde purgat se adiectis causis
uarijs, quare Bibulo neminem commendare possit
aut debeat.

28 Officium meum)
Petit ut curam quæstoris habeat, ne huic præferat
legatos, & quo id facilius consequatur, exquisitis
argumentis ex suasorijs locis depromtis aggregatur.

29

Cum opatissimum)

Gaudet ob quæstorem sibi datum, quem maxime cupiebat, & ut ad se ueniat antequam e prouincia de cedat, hortatur.

30

Si ipsa Respub.)

Principium epistolæ apodioxis est. De Republica nihil scribo, quamuis tu petieris. Nam Phannia tibi rem omnem aperiet. Deinde animum suum erga Appium declarat. Sunt & aliquot commendationes personarum, sed præcipue L. Valerij iureconsulti.

31

Cum &)

Veritus Cicero ne Appij animum a se alienaret, quod ei in prouinciam succederet, callide lenimenta quædam excogitat, quibus animum illius, ut alibi scire licet, irritabilem placet, & sibi conciliet. Deinde petit, ut prouinciam ei ita tradat, ut quam facilissima ratione eam administrare possit.

32

Ad decimum sextum)

Petit, ut si quos milites Appius nondum dimiserit, eos uero ne nunc dimittat, ne uacuum prouinciam obtineat. Senatum enim negare ullam conscriptionem militum.

33

Pridie Nonas)

De mutuo Ciceronis et Appij amore extant in hac epistola testimonia.

34

Tralleis ueni)

Collaudat Appij uoluntatem, quod eius rationem in prouincia accipienda habuisset. Nam id superioribus literis petierat. Deinde se iter ad Appium directurum quocumque ille uellet, scribit.

l 2

Cum

35

Cum meum)

Expostulat cum Appio quod promissis fidem non seruet.

36

Pluribus uerbis)

Appius tumens nobilitate sua (erat enim hoc gentilicium illi) & ob id Ciceronem propemodum contemnens, multa indignitatis aduersum se exempla a Cicerone perpetrata, callide confingit, cum non haberet aliud, quod ad Ciceronis expostulationem responderet. Hæc Cicero ita eleganter confutat, ut superbiam omnem, quam illi asseribebat, in eundem retorqueat.

37

Eti quantum)

Et hæc epistola in refutandis Appij falsis insimulationibus, utpote de suspitione taciturnitatis, de legatis prohibitis, de fama imminuta, consistit. Sed ita tamen refutat, ut non tam Appio mendacium impingat quam falsis delatoribus, quibus citius quam decebat uirum probum, aures concessisset. Monet tamen sub finem, ut amicitiam tueatur & defendat.

38

Vix tandem)

Redit quasi in gratiam cum Appio, posteaquam intellexit quo animo erga se ille esset.

39

Cum est)

Et hac epistola plenum testimonium de sua erga Appium uoluntate dedit, cum significat sibi illius dignitatem non aliter curæ fore ac suipsius. Hortatur idem Appium, ut improborum conatus fortiter ferat. Postremo excusat se de falsa illa suspitione legationis prohibita.

40

Cum essem)

Primo

Principium est gratulatorium, quod accusatione aduersariorum non succubuerit: deinde laudat Appium, & confirmat quod bene de Republica sentiat, & erga eam optime sit affectus: Postremo ueniam petit, si forte quid stomacho maiore ad Appium scripserit.

41 Gratulor tibi)

Graviter ferens Appius Tulliolam Ciceronis Dolabellæ infestissimo Appij inimico desponsam, exposculauerat cum Cicerone. Ob id excusationem parans, totam culpam in absentiam suam reijcit, & deinde Appij animum in amicitia confirmat.

42 Quali diuinarem)

Officium suum Appio commendat, & id rursus ut faciat Appius propter Dolabellæ inimicitias, monet.

43 Caius Trebatius)

Suasoria est epistola, ut Seruius omnem curam iuuantis Reipublicæ deponat.

44 Ad III. Calend.)

Consulit Seruio, ut ab urbe discedat.

45 Vehementer te)

Conquestio de iniuria suorum temporum, mox consolatio a recta conscientia & bonarum artium studio. Postremo filij commendatio, quo pari uoluptate aliqua a doloribus afficiatur.

46 Accipio excusationem)

Respondet excusationi Seruij, & illius negotium præ suo extollit. Narrat item quâ ratione in pristinum locum per Cæsaris beneficia Marcellum restituerit, postremo

ARGVMENTA

stremo & Seruij filijq; illius eruditionem & probi-
tatem laudat. Itaq; mixta est epistola.

47

Posteaquam mihi)

Perfectum consolationis exemplum ex ista episto-
la, eiuscemodi argumentis instructa, ut non solum do-
lores luctusq; quoslibet lenire, sed & plane tollere
possit.

48

Ego uero)

Quamuis Seruij consolationem acceperit, reddit
tamen alias causas, ut doloribus cedat.

49

Et si eo)

Suadet Marcello, ut relicta sua sententia, qua per-
petuum exilium sibi decreuerat, Romam redeat, &
Cæsaris humanitate fruatur.

50

Necq; monere)

Iterum suadet ut mutata sententia in patriam re-
uertatur, idque propter temporum & loci conditio-
nem, & Cæsaris erga bonos uiros uoluntatem.

51

Et si per patris)

Eiusdem est argumenti cum superioribus duobus,
in hac tamen efficaciora & magis urgentia argu-
menta sunt, ut propemodum Marcum Marcellum re-
dire cogat.

52

Et si nihil)

Eiusdem est argumenti.

53

Plurimum ualuisse)

Collatione declarat Marcellus suam erga Ciceronem uoluntatem, & quod consilio Ciceronis acquiescere uelit, significat.

54

Et si scio non)

Eandem Marcelli nunciat Ciceroni Sulpitius, &

qui

quibus officijs mortuum prosecutus sit declarat.

55 Querenti mihi)

Consolatur Figulum, quod patria careat, & officium illi suum apud Casarem promittit.

56 Binaste)

Gratulatus Ciceroni Plancius fuerat, quod dignitatem pristinam apud Casarem retineret, quod certis de causis negat Cicero, sed alteram gratulationem iustam habet. Postremo officium suum Plancio commendat.

57 Accepi per)

Monet Plancium ut publicas calamitates, quemadmodum ceteri, fortiter ferat.

58 Si uales)

Expostulatio Metelli, cur præter reconciliationem fratrem illius accusaret.

59 Si tu exercitusq;)

Defensio Ciceronis contra Metelli expostulationem. Constitutio partim legitima, quod inimicum ulcisci licet, partim inficiatoria, quod nulla iniuria Metellum fratrem affecisset, tantum de illius improbitate questus esset. Postremo Metelli animum mitigat & amicitiam suam cum eo quam diu uelit, constare posse dicit.

60 Hominis importun)

Agnoscit improbitatem fratris Metellus, & cur Ciceroni non plura scribat, rationem dicit.

61 Literæ Qu.)

Metelli auxilium in rebus suis aduersis exposcit.

62 Et si statueram)

Commendatoria est epistola, uerum cum Cicero

ARGVMENTA

ni data esset occasio experiundi animum Antonij, in-
gratitudinem illius & animum beneficiorum imme-
morem egregie perstringit.

63 Cum ad me)

Officium suum in procurando successore exponit,
& ut Crassi ædes emerit nunciat, ubi iocum interse-
rit, quo ad coniurationem Catilinæ alludit.

64 Si tu, exercitusq;)

Ne alienaret a se Pompeij uoluntatem, clam illum
perstringit, & propemodum accusat de ingritudi-
ne, quod fortia illius consilia & facta in coniuratio-
ne Catilinæ fracta non agnouisset.

65 Quantum meum)

Prædicat animum suum erga Crassum, & quem
officiosus esse cupiat scribit.

66 Si uales bene)

Petit Vatinius, ut dignitatem illius contra male-
uolorum inuidiam Cicero defendat.

67 Si uales)

Respondet Ciceronis petitioni de Catilio pirata
Vatinius, quem propter immensa scelera dimittere
se non posse dicit: deinde supplicationes pro rebus ge-
stis ut a Cæsare referantur, hortatore Ciceroni po-
stulat.

68 Grata tibi)

Commendationem Vatini sibi cordi futuram scri-
bit, & ut Dionysium fugitiuum inquirat, petit.

69 Coram me)

Hanc epistolam Cicero ad Atticum bellam uocat,
in qua a Luceio historico rerum a se gestarum memo-
riam celebrari flagitat.

Quarta

70 Quamquam ipsa)

Quid fructus ex consolatione Luceij acceperit, exponit.

71 Si uales)

Suaserat Ciceroni ut in prædijs se oblectaret, leuationemque malorum ex studio literarum quæreret, quod cum non faceret Cicero, sed in querelis, & lamentationibus perpetuus esset, gnauiter Luceius illum accusat, sed ita tamen, ut aliquid consolationis intermiscat.

72 Omnis amor)

Querelis & hæc epistola referta est, præsertim propter collationem diuersorum temporum, ita grauius Cicero angitur, quod in Repub. locum pristinum habere nequeat.

73 Et si unus)

Conuenit hoc argumentum cum Sulpitiana, cum utraq; in consolatione doloris ob liberorum mortem accepti uersetur, iisdemq; propemodum argumentis utatur.

74 Non obliuione)

Sextium, ut exilium forti animo ferat, hortatur.

75 Et si egomet)

Et hic ob inuidiam & temporum iniurias exul erat, quamobrem consolando hortatur hominem Cicero, ut eum casum fortiter ferat, quem multi uiri præclari subierunt.

76 Et si mihi)

Hortatur Rufum, ut partes Pompeij sequatur.

77 Quoquo modo)

Rufus quæstor Ciceronis in Cilicia fuerat, hic cum

ARGVMENTA

rationem pecuniaria inire cum proconsule suo Cicero cuperet, Cicero illi scribam misit, ut cum eo conferret, quam rem sinistre interpretatus Rufus, quod fraudis causa fieret, cum Cicerone expostulauerat. Et expostulationi haec praeparata est purgatio.

78

Gratae mihi)

Hortatur Mesinium, ut honestarum disciplinarum studio, tedium malorum & periculorum temporum discutiat, & cum miseris & luctu oppressum consolando quantum potest erigit. Suadet etiam ne in urbem redeat, sed dulci secessu Musarum fruatur.

79

Et si ea)

Torquatum, qui cum alijs Pompeianis in eadem erat naui, consolando hortatur, ut tempestates Reipublicae aequo bonoque animo ferat.

80

Peto abs)

Et haec est consolatio eiusdem cum superiore argumenti, non esse cuiquam priuatim de tanto casu Reipublicae dolendum, cum omnes ex aequo boni habeant quod conquerantur.

81

Superioribus literis)

Et haec eiusdem argumenti est epistola, in qua communi cum superioribus, consolatione est usus. Idque omni nota temporum & loci ratione.

82

Noui quod)

Et haec est consolatoria, perfectumque exemplum eius argumenti epistola. Habet enim exordium apertum ad ipsam intentionem a periculorum praedictione & praecognitione. Deinde subicitur ipsa consolatio a varijs locis inuenta, sed plerisque locis communibus,

&

83 *¶* Hs qui huic materiae conueniunt. Epilogus autem simplex est & officiosus, ut huic negotio adhibetur.

Quotiescunq;

Consolatio amici exulis & patria carentis, con-
solationis & suis argumentis, a Cæcinnæ et Cæsaris (cuius
potentiam fugerat) attributis. Epilogus est adhor-
tatorius ad fortunæ uim continendam. Conuenit &
hæc orationis pars ita tractata consolationi.

Vereor ne)

84 Et hæc epistola eiusdem cū superioribus est argu-
menti. Exordium est a sua persona sumtum, quo cer-
tam pollicitationem suam futuram confirmat: confir-
matur ea argumentis notissimis a testibus, ab eruditi-
one, ab usu, postremo exemplo tanquam certissimo
iudicio, ubi narrat, quid in Cæsaris Pompeijq; causa
prædixerit. Deinde ad consolationem dilabitur re-
centis coniecturalibus argumentis a Cæsaris clemen-
tia humanitateq;, de qua nihil sibi non promittere au-
det. Postremo consolatur eum communibus argumen-
tis, a temporum & rerum conditione, & a Cæcinnæ
attributis. Conclusio est officiosa particula.

Quod tibi)

85 scripserat in Cæsarem librum Cæcinnæ (meminit
Suetonius in Iulio Cæsare libri a Cæcinnæ edi-
ti) ob hoc infensior illi multo Cæsar erat. Cum autem
reditum cuperet, sæpe oblitteratum eum esse desidera-
uit, sed quando emissus reuocari nō poterat, petierat
a Cicerone limam illius, quæ cum nihil prodesse posse
uidebatur, paucis uerbis rationem editionis & defen-
sionem perscribit. Postremo petit ut officium Cicero-
nis illi non desit.

Cum

ARGUMENTA

86

Cum esset)

Fuerat in Sicilia Cæcinnæ usq; ad præstitutum a Cæsare tempus, cum iam id adesset, ueritus Cæcinnæ, ne Cæsaris animum abalienaret, consulit Cicero nem, an relicta Sicilia in Asiam se transferret, huic consulationi Cicero respondet, suadens suo consilio in Sicilia maneat, idq; argumentis a loci natura sumtis, et ab utili.

87

Cum A)

Commendatio Cæcinnæ a iustis causis, a familiaritate, quam cum illius patre habuit, a necessitudine, quam cum Cæcinnæ a puericiæ eius annis exercuit, deinde a communibus studijs. Postremo petitio, quæ est tanquam umbra commendationum omnium.

88

Ego quanti)

Consolatio Trebatij. Exorditur a prædicatione sui amoris et officij erga Trebatium, quem ut melius declaret, nihil sibi omittendum dicit, quod illius causam inuare posse existimet. Postremo argumentis consolationum superioribus utitur a Trebatij Cæsarisq; attributis, a temporum qualitate, ab exilij conditione, &c.

89

Dolabellam antea)

Epistola partim gratulatoria quod Trebatius restitutus sit: partim hortatoria, ut rei familiaris dispendium non æstimet, est que hoc argumentum a comparatione sumtum.

90

Gratulor tibi)

Consolatoria est epistola, ut exiguum illud tempus donec literas restitutionis accipiat, fortiter ferat, quamuis omnem consolationem Cicero inutilem

nunc

nonne fere dicat, cum potius ei gratulandum sit. Prius autem narrat cur apertius & audacius causam Balbi egerit. Deinde restitutionis literis quid actum sit, ostendit.

91 Etsi tali tuo)

Ligariū consolatur a Cæsaris in eum animo, item naturā & ratione temporum, cum officij sui commendatione & hortatione, ut iniuriam temporis fortiter ferat.

92 Me scito omnem)

Nunciatoria est epistola, exordium est officiosum, deinde quid spei habeat de reditu Ligarij a Cæsaris voluntate, uultu, natura aperit. Postremo hortatur, ut exilium fortiter ferat.

93 Tibi gratulor)

Hæc epistola propter breuitatem argumento non indiget.

94 Si mihi non recum)

Reddit causam Bithynicus, cur in se a Cicerone parere debeat, deinde quid petit subijcit.

95 Cum cæterarum)

Inter causas cur Rempub. constitutam uelit, & hoc quoque assert, ut cum Bithynico uiuere familiaris posset. Laudat deinde eius uoluntatem & quanto perire illi faueat dicit.

96 Simul accepi)

Mixta hæc epistola est. Primum enim respondet de iure Aruspicum legendorum in decuriones, deinde de rebus Hispanicis quid certi habeat, edisserit. Mox oratoris sui laudem liberaliter agnoscit, & ut Lepidæ filius eo delectetur, exoptat. Postremo ad gloriam

ARGVMENTA

gloriæ uirtutis studium Leptæ filium exhortatur,

97 Maculam officio)

Hortatur Leptam ne ambitiosius Cæsaris amicitiam ambiat.

98 Dederam triduo)

Monet Toranium ut in Sicilia maneat, nec aliquo discedat, propter opportunitatem loci, ubi omnia Cæsaris facta, uoluntatem, animumq; facile percipere possit, & quid de reditu sperandum sit intelligere: postremo consolatur notissimis argumentis,

99 Etsi quum hæc)

Consolatur Toranium eadem cum reliquis Pompeianis conditione existentem: Primum quod nihil inopinatum acciderit, ut qui cum alijs hæc euentura prouidisset: deinde a morte, quæ sit omnium malorum extrema desinectio. Postremo a conscientia reus factorum.

100 Non ea res me)

Domitius hic in bello Pharsalico fuerat, atq; acerrime pro Pompeio dimicauerat, ut ex Lucano constat. Deuictis autem Pompeio, & Catone mortuo, Domitius se in Italiam receperat, ut in patria in amorem patriæ animam funderet, itaq; sibi ipsi manus inferre statuerat, nisi Hortilia coniuge prohibente, & Cicerone dissuadente, in aliam sententiam perductus fuisset. Bius dissuasionis exemplum hæc est epistola.

101 Si te dolor aliquis)

Responsoria ad petitionem Marij pro ludorum et spectaculorum descriptione a Cicerone sibi mittenda, in qua quantum potest elegantissime omnium istarum

rum

rum rerum uoluptatem extenuat, sed tamen qualis fa-
erit interim scribit. Ostenditq; quam possit melioris
uoluptatibus tranquillus animus se oblectare.

102 Mandatum tuum)

Respondet petitioni amici de prædio emendo per
Ciceronem, cuius ipse quoq; in partem dominus erat
ex testamento Vibij Caninij. Locatur enim in Maria-
num qui id negocij mandarat Ciceroni, ut quam minis-
mo uenderetur, cum illius interesset utpote cohære-
dis quam plurimo distrabi. Postea gloriatur de uictoria
Bursæ, ut gratulationem Marij sibi uoluptati sua-
nisse declaret.

103 Persæpe mihi)

Consolatoria est epistola, sed alioquin multa dis-
cuntur, quæ ad prudentiam Ciceronis magis referen-
da uidentur, utpote tota ista narratio belli, qua dicit
quam prudenter omnia præcogitarit & præuide-
rit, & quo consilio Pompeium deseruerit, & in ur-
bem redierit. Postremo ipsa eadem consolatione qua
sensum esse dicit, Marium solatur.

104 Ad Nonum Calendas)

Hortatur Marium, ut cum podagra paciscatur, ne
uexetur ab ea dum cum Cicerone uiuat, & illi ob id
operam dare non possit.

105 Vide quam mihi)

Commendat Cæsari Trebatium diligentissime;

106 In omnibus meis)

Hortatur Trebatium ut in prouincia perseueret,
nec in patriam redire festinet.

107 Ego te commendare)

Epistola familiaris, iocosa, exponit enim qua dili-
gens

ARGVMENTA

gentia Trebatium commendet. Dat & rationem, quo
Cæsaris familiaritatem citius assequi possit.

108

Scriptis ad me)

Obiurgat Trebatium, quod commoda tribunatus
contemserit.

109

Iam diu ignoro)

Hæc epistola respondet superiori, cuius initium:
In omnibus meis epistolis.

110

Legi tuas literas)

Urbanis quibusdam iocis subuehitur in arrogan-
tiam, auaritiam, timiditatemq; Trebatij, deinde per-
tit ut a Trebatio certior fiat, quo in statu res illius
sint, quidq; commendationes apud Cæsarem promoue-
rint.

111

Nisi ante Romam)

Hortatoria est epistola, qua consulit Trebatio, ut
ad urbem non temere se conferat.

112

Mirabar quid esset)

locatur Cicero in dissentientes Trebatij profe-
siones: fieri enim non potest, ut Epicureus, qui utilita-
tis gratia omnia facit, recte iusticiam administrare
possit.

113

Adeone me iniustum)

Diuturni silentij causam dicit, quam cum Treba-
tius non accipere uelle uideatur, ex occasione in apa-
tissimam iocandi materiam descendit.

114

Chrysippus Vectius)

Accusat iocose Trebatium, quod nihil ad eum scri-
bat.

115

Quam sint morosi)

Familiaris epistola, quæ dicit se absentia Trebatij
pro

propter amorem torqueri : gratulatur deinde illi,
quod Mario se insinuauerit.

116 In equo Troiano)

Iocatur in Trebatium, qui conquestus fuerat se nō
sine honorum, quos Romæ adipisci citius potuerat,
damno, in prouincia hærere : Deinde pati ut scribat
Trebatius, quando in urbem sit uenturus.

117 Ex tuis literis)

Laudat Trebatium, quod iam constantiam quan-
dam induerit, & in prouincia libenter maneat : dein-
de Trebatij præsentia se ægre posse carere dicit, &
quantum illū Cæsari commendarit exponit. Postre-
mo hortatur ut commode Cæsare fruatur.

118 Accepi a te)

Scopus epistolæ adhortatorius est, ut Trebatius
in proposito perseuerandi in prouincia maneat. Asper-
si sunt aliquot ioci suis ex locis petiti, ijsq; notis.

119 Epistolam tuam) Caret argumento.

120 Vide quanti apud te)

Petierat Trebatius ut Aristotelis Topica Cicero
Latine interpretaretur: quod per occasionem a se fū-
tum Cicero rescribit.

121 Amabilior mihi)

Diffuasoria est epistola, debortatur enim Treba-
tium a Velianarum possessionum (quod ille in animo
habebat) uenditione.

122 Silij causam te)

Commendat Silium Trebatio, & ut causam illius
curet, diligenter postulat.

123 Illuferas heri)

Disputatoria est epistola, qua adductis autoribus
m Trebat

A R G V M E N T A

Trebatij sententiam reprehendit Cicero.

124

Tantum ex Arpinati)

Grata illi scribit fuisse signa, quæ emerit Gallus in ornamentum bibliothecæ: graviora tamen futura fuisse, si ea emisset, quæ Cicero mandasset. Fuit autem perstudiosus signorum elegantium. Cicero, præsertim eorum, quæ eruditiones antistitum erant, ut in libro primo epistolarum ad Atticum declaravit.

125

Amoris quidem)

Importunitatem Tigellij exponit Gallo. Sunt qui hunc Tigellium cantorem illum Horatio celebratum existiment, Ego autem C. Tigellium Norbanum virum quæstorem accipio, cuius assentationes alicubi contemnit.

126

Quod epistolam)

Respondet monitioni Galli de Ciceronis in Cæsarem, sub nomine Catonis, inuectione.

127

Cum iam decimum)

Nunciat amico, quo pacto in morbum inciderit, & quo pacto se habeat.

128

Miror cur me)

Ad capita accusationis Galli respondet, & ita ut se innoxium, illum uero dignum accusatione dicat.

129

Memini cum mihi)

Curij consilium, quod ante improbauerat, nunc probat, & quid Romæ agat, nunciat.

130

Si uales, bene est)

Hæc epistola partim officiosa, partim petitoria, qua literas petit commendaticias ad Sulpitij successorem in Græcia.

331

Ego uero te)

NAT

Narrat quid gesserit in campo Martio, & ad per-
toriam commendaticia respondet.

132

Facile perspexi)

Responsoria ad epistolam Curi, & hortatoria
iocosa ut in urbem redeat.

133

Quod sine prænominē)

Ad iocosam epistolam partim iocosa respondet,
partim etiam seria, quare petit, ut Volumnius sapius
ad se scribat.

134

Quod declamationibus)

Primo respondet ad capita quædam epistolæ Cui-
rij, deinde aduentum Volumnij se desiderare dicit, &
de amatoribus suis Cassio Dolabellaq; item de studijs
suis narrat.

135

Quod tibi decedens)

Petierat a Cælio Tullius, ut acta omnia urbana ad
illum scriberet, quod cum fieri uix posse uideretur,
respondet Cælius se Ciceroni librum misisse, ex quo
eorum partem exciperet. Postremo qui sint rumores
de Pompeio & Cæsare nunciat.

136

Certe inquam)

Nunciat quemadmodum absoluto quodam, Horten-
sius sinistre defensionem illius suscepit. Deinde petit
ut Pantheras in Cilicia ad ornandam ædilitatem Cice-
ro conquirat. Huic epistolæ respondet li. 2. Putaresne.

137

Estne? vici)

Ex stipulatione scribit Cælius, se diligentius scribe-
re, & nunciat quæ interea gesta sunt: Postremo hor-
tatur ad mutuū officium scribendarum literarum.

138

Inuideo tibi, quod)

Nunciationis perfectum exemplum, dum ea expo-
nit,

m 2

nit,

ARGVMENTA

nit, quæ Romæ geruntur: item de Pompeio, Caesarisq; rebus certiozem facit Ciceronem. Postremo & ipse vicissim certior fieri cupit de Ptolemæi morte, rebusq; Aegypti.

139

Qua tu cura sis)

Dissuadet Ciceroni, ne conficietur cum Parthis, quod illius copiae exiguae sint, & nihil subsidij sperandum sit, deinde excusat se quod nihil scribat: cum non habeat quod scribat de gestis in urbe. Postremo narrat quid Marcellus de prouincijs constituat.

140

Non dubito quin)

Prior pars epistolæ Appij causam Ciceroni indicat, & quid in ea ab ipso faciendum sit monet. Posterior uero narrationem habet earum rerum, quæ a Curione in Caesaris gratiam facta sunt, aliasq; narrationes festiuas: post hæc redit ad Appium & ad Pantheras, de quibus multis epistolis egit.

141

Quam cito tu isthinc)

Habet hæc epistola nouarum rerum nunciationem urbanam & festiuam.

142

Etsi de Repub.)

Varia nunciat hæc epistola quæ in multorum causis agantur.

143

Quod M. Marcellus)

Narrat quid Marcellus consul in senatu fecerit.

144

Si tu dicis)

Et nunciatoria & petitoria & commendatoria hæc epistola est. Narrat enim quæ Romæ agantur. Et Pantheras admodum solícite petit. Et M. Feridum equitem Romanum ei commendat.

145

Sane literis quam)

Expos

Exponit Ciceroni quis rumor in urbe sit de Partho
 rii copyjs, et ut certiore[m] eius rei faciat, petit: deinde
 quid deliberauerit senatus in ea re, docet. Postremo
 operam suam Ciceroni de succedendo ei pollicetur.

146

Non diu, sed)

Narrat Ciceroni Cælius, quæ fuerit contentio in
 senatu, ob relationem supplicationum pro re gesta fe
 liciter pro Cicerone.

147

Pudet me tibi)

Graviter de Appio calumniatore & uilitigato
 re hac epistola conquiritur.

148

Gratulor tibi)

Gratulatoria partim est hac epistola, ob affinita
 tem nouam Dolabellæ, partim nunciatoria dum res
 exponit, quæ in urbe geruntur.

149

Tanti non fuit)

Narrat quæ Domitio in repulsa contigerint, de
 inde suspitiones suas certissimas inter Cæsarem &
 Pompeium Ciceroni perscribit.

150

Ecquando tu hominem)

Pompeium facta collatione uituperat, Cæsarem
 uero ad cælum tollit. Adiecit se maximopere exopta
 re, ut cum Cicerone conferre possit. Postremo nar
 rat, quemadmodum ob subitos Galliæ motus iter fac
 ere in prouinciam cogatur.

151

Exanimatus sum)

Suadet Ciceroni ne se ad Pompeium transferat,
 sed pulcherrimis quibusdam argumentis a metu &
 exitu uictoriæ, in fine consilium dat, quo pacto se in
 his angustiis tutum conseruet. Huic autem epistolæ
 respondet lib. 2. Magno dolore.

ARGUMENTA

152

Ergo me potius)

Conqueritur multum de Cicerone Caelius, & pernitentia se duci scribit, quod Pompeiū non secutus sit: postremo quid contra Cæsarem moliatur, exponit.

153

Ex his literis)

Cupit aduentum Varronis, & quod ad pristina studia literarum se contulerit, nunciat.

154

Caninius idem)

Reddit rationem cur epistolam multis ante diebus scriptam Varroni etiamnum miserit. Deinde suas det, ut a conspectu inimicorum se transferat. Se autem ualde cupere, ut simul in ocio literario uiuere possint & ut Varro operam det, ut id fiat, hortatur.

155

Et si quod)

Promittit aduentum suum Varroni, sed locum in quo hæret Varro reycit. In fine de fructu literarum differt.

156

ἡ δὲ δυνάμει)

Iocatur cum Varrone de Stoicorum & Dialecticorum possibilitate, necessitateq;.

157

Mihí uero)

Probant diem quo conuenturi essent, & accusat se cum Varrone, quod Pompeio adhæserint, deuotio uero eo, ocio sese dederint.

158

Caninius noster)

Nunciat Varroni Cæsaris aduentum, laudatq; amplius eum, quod ocio literarum relictis turbis bellorum se tradiderit.

159

Cœnabam apud)

Reddit rationem Cicero, cur tantopere accelerarit,

rit,

rit, ut Varronem conueniret, deinde de aduentu Cæsaris rumores uarios aperit.

150 Etli munus)

Exigit promissum literarum a Varrone, dicitque quomodo Academicas quæstiones tractarit. Postremo pollicetur se plura editurum.

151 Si uales)

Suadet socero gener, ut a Pompeio ad Cæsarem se transferat.

152 Non sum)

Animi causa Cicero litem Nicie Vidique, inter quos constitutus iudex erat, scribit.

153 Vel meo)

Conquestio de morte Tulliolæ, & inuitatio Dolabellæ, ut ad se ueniat.

154 Gratulor Baijs)

Familiaris est epistola, amorē Ciceronis erga Dolabellam declarans. Est autem responsoria ad duo capita epistolæ illius, de Baiarum scilicet aëre mutato & oratione pro Deiotaro, quam se mittere dicit.

155 Caius Suberinus)

Petit a Dolabella, ut apud Cæsarem Suberini causam agat cum excusatione artificiosa Caleni, quod necessitate Pompeij partes secutus sit.

156 Etli contentus)

Laudat hac epistola fortitudinem prudentiamque Dolabellæ, & ut deinceps sibi similis sit hortatur.

157 Duabus tuis)

Duabus epistolis Pæti respondet duabus partibus. priore per asseuerationem istarum rerum, quas prius Pæto de illius ualetudine curanda scripserat: Po-

ARGVMENTA

steriore autem de Neapolitana domo, quam dicit se
tempestiue emissey cum recte Romæ esse non liceat.

168

Delectauerunt me)

Narrat Cicero qua moderatione & prudentia us-
tatur in uiuendo & loquendo cum Cæsare Cæsaria-
nisq; deinde consolationum suarum capita aliqua illi
perscribit. Postremo iocos aliquot festiuos de uitâ
utriusq; adijcit.

169

Num tu homo)

Petit a Papirio, ut scribat illi quid de agris diuina
dis futurum censeat, simul exponit quam spem de suis
Cicero propter Cæsaris beneuolentiam obtineat.

170

Cum essem)

Dicit se omnibus modis non modo uti, sed & fui
suo consilio & prudentia, qua bonarum artium studia
sibi cordi esse asserit, & de ludo suo quoq; iocatur.

171

Tamen a)

Iocosa est epistola qua accusat Pætum qui nega-
uerat Balbum magnifice a se exceptum, cum aliud
Balbus confessus sit.

172

Dupliciter delectatus)

Iocosa & hæc epistola, dum de studio suo culina-
rio Pætum certiore facit.

173

Ain, tandem)

Et hæc epistola propemodum contentiosa, Con-
futatur enim quod Papirius fulmina tonitruaq; in epis-
tolis Ciceronis esse dixerit, quæ ipse assequi nequi-
ret. Confutat etiam falsum Papirij de familia sua
mendacium, quod putaret neminem nisi plebeium hoc
nomine Romæ floruisse.

174. AMO

174

Amo uerecundiam)

Faceta disputatio nec (ut apparet) affectata. Est autem tota pro sententia Stoicorum, qui nullum uerbum in honestum putabant, cuius significatio erat honesta. Laudat tamen postea Academicos, utpote uerecundiae amatores.

175

Heri ueni)

Iocatur cum Pæto, qui scripserat se pedibus egrum, ait siquidem se uenturum, quod coquus illius adhuc membris integer sit, & cum eo liberalius conuicturum.

176

Rufum istum)

Monet Pætum, ut consuetudinem cœnandi intermissam & relictam redintegret, & animi causa conuentiones conuiuiaq; amicorum celebret.

177

Summum me)

Iocatur cum Pæto quod de re militari præcepta quædam ad eum scripserit: deinde commendat M. Fabium quendam, qui cum fratre controuersiam habebat, petitq; ut litem illam sopiat, ne discordia inter eos gliscat.

178

Accubueram hora)

Descriptio cœnæ, cui excusatio interferitur, quod cum meretricula usus fuerat eadem mensa.

179

Et abfui)

Hortatur hac epistola Plancum ad Remp. capessendam Cicero, omnemq; operam suam illi pollicetur.

180

Meum studium)

Excusatoria epistola, quod Plancum non defendeerit, ut superiore epistola pollicitus fuerat. Rationes sunt a noua Antonij crudelitate & periculorum præ-

m 5

sentia

sentia sumtæ. Postremo callide operam suam rursus pollicetur.

181

Cum ipsum)

Et hæc hortatoria est, ut Reip. iuuandæ studeat, laudat autem principio Plancum, ut benevolentiam & gratiam illius (quod non satis fideret ei) uenietur.

182

Gratissimæ mihi)

Hortationem Ciceronis sibi gratam fuisse dicit, & cur eam hoc animo acceperit, exponit.

183

Binas a te)

Rursus hortatur Plancum ut Remp. defendat, usus maxime argumento a spe laudis & gloriæ.

184

Quæ locutus)

Dissuadet Planco, ne pacem componat inter Brutum & Antonium, quod non sit ea futura ex usu & Reip. & ipsius Planci.

185

Plura tibi)

Cur breuius illi de re sua scribat, exponit: deinde operam suam omnem Reip. pollicetur, petens a Cicerone, ut is dignitatem eius defendat.

186

Si cui forte)

Nunciat senatui Plancus, quid in Gallia, quod ad dignitatem Reipub. defendendam pertinere putauerit, egerit, petitq; ut omnia illius consilia, facta, dicta, ita accipiant, ut persuadeant sibi omnia ad Rempub. defendendam designata fuisse.

187

Nihil me)

Principio testatum facit amorem suum erga Ciceronem, deinde operam suam omnem Reip. pollicetur: postremo de exercitu suo illum certiolem facit.

188 Et si

188 Et si satis)

Hortatur Plancum, quem prius laudat, ut Remp.
tueatur, operamq; suam pro Planci dignitate promo-
nenda pollicetur.

289 Immortales ago)

Gratias agit Plancus pro officijs, quibus a Cice-
rone afficitur, nunciat Ciceroni quantum onus pro
defensione Reipub. humeris suis incumbat.

290 Et si Reipub.)

Scribit Planco quam gratæ fuerint et sibi et se-
natui literæ illius, hortaturq; eodem illo superiore
argumento ad Rempub. defendendam.

191 Ut primum)

Cupit testatam Planco suam erga illum uolunta-
tem in augenda dignitate facere, hortaturq; bellum
cum Antonio incoatum conficiat.

192 O gratam famam)

Laudat uoluntatem Planci, hortaturq; ut in eo
proposito perseveret.

193 His literis)

Nunciat Ciceroni quid pro Repub. ut Antonium
opprimeret, egerit cum Lepido.

194 Nihil post)

Quanta fuerit senatus erga Lepidum uoluntas re-
citatis literis narrat, hortaturq; Plancum ut strenue
pro Republica laboret.

195 Antonius Idibus)

Narrat Ciceroni, quomodo instituerit Antonium
uictum persequi bello, ut finem tandem hisce malis
imponat.

196 Quid

ARGVMENTA

196

Quid in)

Narrat Ciceroni consilium suum de sua Lepidique coniunctione.

197

Quamquam gratiarum)

Nunciat Planco quam gratæ fuerint senatui literæ: deinde solita ratione hortatur ad Reip. studium.

198

Ita erant)

Petit ut de incerto rumore coniunctionis Lepidi cum Antonio senatum certiore faciat, hortaturque ut finem bello imponat.

199

Puderet me)

Nunciat Ciceroni quo pacto frustratus sit eum Lepidus, & qua ratione perfidiam eius deprehenderit.

200

In te &)

De agris diuidendis agebatur Romæ, quod cum Plancus accepisset, ut militibus suis gravior esset, ipse quoque petere instituit, & de ea re literas Ciceroni scripserat, ad quas respondet Tullius.

201

Nunquam me)

Et se Laterensemque excusat, ne temere credidisse Lepido existimentur, hortaturque Ciceronem, ut det operam apud senatum, ut Octavius cum exercitu ad eum mittatur.

202

Facere non possum)

Ciceronem certiore facit & de exercitu, & de suspitione quam habet de Cæsare, ne cum Antonio conspiret.

203

Si interest)

Dehortatur Furnium ne Romæ præturæ petendæ gratia, relicta prouincia et inchoatum bellum omittens se conferat, dans consilium quando commodius possit.

Leclis

Rursus dissuadet Furnio petitionem præturæ: hortatur autem ut Rempublicam quantum possit adiuvare, re pergat.

Lepidum primo accusat, quod incivilis senatui pro datis honoribus gratias non egerit. Deinde suadet, ut ita pacem faciat inter senatum & Antonium, ne tandem in servitutem Remp. propellat.

Nunciat Trebonio quam forti animo sit pro defensione Reip. Oportet autem animadvertere principatum ænigmaticū de epulis, hoc est, absuntione & Cæsaris morte.

Approbat studium suum in Appio defendendo,

Narrat conflictum cum Antonio, vires utriusque recensendo, victoriamque speratam Ciceroni, bonisque omnibus nunciat,

Excusat se cur minus scripserit, conqueriturque de Balbo prætore suo, & quem animum habeat erga Rempub. ostendit. Postremo consilium captat a Cæsare, num in prouincia mansurus sit, an in Italiam se transferre debeat.

Conqueritur de Balbo flagitia eius recensens, & quo animo erga senatum Rempublicamque sit exponit: postremo quid apud exercitum agat exponit.

A R G V M E N T A

Scribit Ciceroni Pollio, se tardius accepisse nuncios de conflictu Mutinensi, grauiterg; conqueritur de clade illata Reipub. per consulum mortem, cui quam primum succurrendum consulit.

212 Si uos liberiq;)

Purgatoria est epistola, se pepercisse Antonio, nō illius gratia, sed ne in suos & ciues Romāos sēuaret.

213 Si uales)

Narrat Ciceroni, quid in aduentu Antonij in prouinciam suā egerit; et gratias illi agit, quod dignitatē illius & famam contra obrectatores defenderit.

214 Quo in statu)

Nunciat M. Bruto & Cassio Decius, qua mente sit in eos Antonius, & quam spem habere debeant obtinendæ Reip. Postremo suadet ut ex Italia discedant.

215 De tua fide)

Petunt Brutus & Cassius, ut Antonius eos certiores faciat, quid de se futurum sit, & an tuto in urbe persistere possint.

216 Literas tuas)

Expostulant cum Antonio de contumeliosis & improbis literis, Et minas illius se facile contemnere asserunt. Postremo monent minaciter, ut rebus suis consulat, & meminerit quid Cæsari seruitutis auctori contigerit.

217 Si de tua)

Postulat a Cicerone, ut dignitatem eius defendat, & quidnam in prouincia egerit, nunciat.

218 Lupus familiaris)

Excusat principio se ipse, cur cum Lupo nō rescriptis, deinde hortatur ut pergat defendere libertatem

tem Reip. postremo operam suam Bruto pollicetur.

219 Lupus noster)

Petierat a Cicerone Brutus operam & diligentiam eius in Bruti dignitate defendenda, ad hoc respondet Cicero, se maxime id fecisse, idq; a facto suo in senatu approbat.

220 Cum adhibuisset)

Hortatur Brutum, ut pro Repub. laboret, nec senatus auctoritatem ad id expectet, sed suo consilio conficiat.

221 Eo tempore)

Scribit Bruto, quæ sit expectatio senatus de eo, quidq; in urbe de exercitu & suis rebus agatur.

222 Pansa amisso)

Hortatur Ciceronem ut operam det, ne ob consulum mortem Respub. detrimentum capiat amplius, et suam operam Reipub. pollicetur.

223 Non mihi Remp.)

Scribit Ciceroni se maxime illius patrocinium expetere in defensione suæ autoritatis: deinde Reipub. calamitatem exponit: quidq; Antonius egerit a fuga, & quomodo facile superari potuisset, si omnia ex uoto successissent.

224 Eodem exemplo)

Narrat Ciceroni quid de Lepido & Planco suspicetur, & quos milites, quæq; auxilia adhuc expectet.

225 Treis uno)

Mirari se dicit, cur Antonium Brutus confestim non sit persecutus, cum id pleriq; illi facile fuisse dicant, hortaturq; sub finem, ut omnes calumnias quantum fieri potest, uitet.

ARGVMENTA

226

Iam non)

Excusatoria est epistola, qua purgat se ab iniustis querelis, quod Antonium non sit mox persecutus, hortaturq; Ciceronem, ut & ipse & omnes boni bono animo sint, sed tamen solliciti in curanda Rep.

227

Mirabiliter mi)

Nunciat uaria Antonio, primum de suo animo: de inde de populi Rom. autoritate, de pecunijs postulatis a Bruto, de exercitu mittendo, de Lepido, alijsq; rebus.

228

Et si mihi)

Gratiam sibi Bruti diligentiam in salutando illum per Plancum fuisse scribit. Hortatur deinde ut egeriam operam Reipub. nauet.

229

Permagni interest)

Commendat Lamiam familiaritatis & meritorum ratione D. Bruto, ut eum iunet per suos in Præturæ petitione.

230

Lamia uno)

Eiusdem argumenti cum superiore.

231

Et si ex)

Reprehendit Brutum, qui se ad senatum timere scripserat.

232

Sed senatum)

Petit a Cicerone, ut literas quas ad senatum mittit, prius legat, & corrigat, si quæ damnanda uidentur.

233

Quod pro)

Ostendit principio Brutus quam sit sollicitus pro Ciceronis salute, deinde suadet ut omnia ex militum uoluntate faciat, & quid nunc agat, exponit.

Dij

234 Diſi iſti Segulio)

Inficiatio diſſi Segulij, & ad reliquas ſuperioris
epiſtolæ partes reſpondet.

235 Cum Appio)

Commendat Appium Bruto, & ut eum in ciuita-
te, ex qua inimicorum iniuria expellebatur, retineat,
petit.

236 Nos hic ualemus)

Hortatur Ciceronem ut bono ſit animo, nec quic-
quam timeat. Cauſſas affert Lepidi (ſed falſo id ſibi
perſuaſerat) integritatem, & fortes ſuos exercitus.

237 Parum tibi)

Oſtendit ſibi perſuaſum ſuperiore epiſtola, ut om-
nem timorem depoſuerit.

238 Expectanti mihi)

Ne nihil ad Brutum literarum cum occaſio eſſet,
laret, ſcribit, in eo, ut accendat hominem, omnem
perem eſſe, & de Marco Bruto, quem ad commune bel-
lum uocarat, nunciat.

239 In maximo)

Iam Lepidus coniunctus erat Antonio, eum diligen-
ter monet Brutus, ut curæ ſit omnibus Reſp. & petit
a Cicerone, ut ſenatus poſtulata illius impleat.

240 Nondum ſatis)

Purgat ſe apud Matium Cicero, quod non labefa-
ſtauerit eius famam, ſed dignitatem potius & auto-
ritatem Matij deſenderit.

241 Magnam uoluptatem)

Excusat ſe Matius quod Cæſaris mortem ægre tu-
lerit, cum tanta illius in Matium merita eſſent, ut non
potuerit non dolere ratione officij, impiosque oſten-

ARGVMENTA

ait eos qui ab hoc officio eum auocent. Diluitque quendam quæ falso illi obijciebantur, quod Rempub. non amaret, cum euidentibus argumentis id falsum esse dicat.

242

Dubitanti mihi)

Exponit Oppio quam fuerit utile & gratum consilium ab illo datum, quamque tenere cum dilexeris, & ut porro faciat petit.

243

Finem nullum)

Narrat Cassio quam immania ab inimicis Reipub. hoc est, Cæsaris mortem uindicantibus perpetrentur.

244

Vehementer lætor)

Exponit Cassio quam grauitè iratum Antonium habeat, nec ipse modo, sed omnes qui in illius improbitatem inuehuntur. Enumerat etiam consulares aliquot, in quibus cum spes aliqua defensionis esse posset, omnino a senatu iam abscedant.

245

Auget tuus amicus)

Grauis indignatio Ciceronis in Antonium, dum improba illius facinora in amicos Reipublicæ Cassio explicat.

246

Vellem Idibus)

Votum Ciceronis solitum & in alijs epistolis, de epistulis, hoc est Cæsaris morte, & hic exponitur. Præterea narratur quid de senatu, senatoribusque & populo expectare debeat. Postea quoque de Cassij & Bruti & reliquorum rebus se sollicitum esse dicit.

247

Hyemem credo)

Quanta spes in Bruto sit, scribit: & quomodo exercitus, & quos habeant, nunciat.

248 Qui

248

Qui status rerum)

C. Tidium quendam commendat, & quanta sit in
Cassio spes, si res male eueniet, ut eum ad fortiter ag-
endum exhortetur, adijcit.

249

Quanto studio)

Approbat suum studium in defendenda Cassij di-
gnitate, hac epistola Cicero.

250

Scelus affinis)

Conqueritur de Lepidi perfidia, & quomodo
illius improbitate in nouas turbas coniecti sint, narra-
rat.

251

Breuitas tuarum)

Rursus ob Lepidi perfidiam in Cassio omnem spem
recuperandæ salutis esse ostendit.

252

Lepidus tuus)

Hortatur Cassium ut propere ad urbem cum ex-
ercitu ueniat, in eo enim & Bruto omnem spem esse
Reipublicæ positam.

253

Si uales, bene est)

Scribit Ciceroni Cassius, quas legiones acceperit,
hortaturq; oblique Ciceronem, ut & eum & Rema
publicam defendat.

254

Si uales, bene)

Exaggerat Ciceronis erga se beneficia Cassius, &
quas literas scripserit, quos exercitus habeat, expo-
nit. Deinde a Cicerone petit, ut eum tueatur apud sena-
tum, & imperatores quoq; libenter suscipiat. Pos-
tremo narrat, quid in Asia egerit.

255

Si uales, bene est)

Laudat Ciceronis factū, quod Antonius per ipsum
hostis

ARGVMENTA

hostis iudicatus, ob id superatus sit.

256

Quum Brutum)

Varia narrantur hac epistola, præcipua tamen capita sunt de Dolabellæ persecutione, item Rhodiorum infidelitate, de exercitu suo, & studio erga Rempub.

257

Si uos liberiq;

De Dolabellæ improbitate & gestis, hac quoque epistola, ut in superiore agitur.

258

Athenas ueni)

Laus est Ciceronis filij, & gratulatur patri de tali filio & studioso, & moribus honestis prædico. In fine epistolæ dicit se uersus quosdam in Cæsarem scripsisse more Lucilij.

259

Grata mihi)

Exponit Cornificio quid Cæsar, quidq; ipse in ocio agat, petitq; ut edito commentario de optimo genere dicendi faueat.

260

Quod extremum)

Purgat se quod a Cornificio insimulatus erat diuturni silentij: deinde quid in urbe agatur, Cæsare pro uoluntate omnia gerente.

261

Libentissime legi)

Gaudere se dicit Syriam Cornificio a Cæsare assignatam, petitq; ut de omnibus rebus eum certiores faciat.

262

Gratæ mihi tuæ)

Iocandi argumentum Sinuessana exigua uilla Ciceronis dedit, petit interim ut frequentius scribat.

263

Caius Anitius)

Commendat Anitium Cornificio, petitque ut eius negocia & dignitatem adiunet.

264. Not

264

Non his cum)

Narrat quid in urbe Cæsarianis, reliquisque post
Cæsaris mortem agatur.

265

Omnem)

Hec et sequens epistola, in quibusdā exempla
ribus cōiungunt, et habēt hoc argumentū:
Rursus sed copiosius Cornificio quæ in urbe ge-
rantur nunciat.

267

Ego nullum)

Hortatur Cornificium ut pro Republica laboret,
quod se facere dicit, & commendat illi Pinarium,
procuratoremq; Pinary.

268

Liberalibus literas)

Exponit Cornificio, quod senatus literas illius ap-
probauerit, & quod accusationem illius de Sembro
nio accipiat. Petitq; ut de suis rebus cum certiore
faciat. Postremo amicorum quorundam negocia illi
commendat.

269

Sextus Aufidius)

Renouat commendationem Aufidij hac epistola,
quam in fine superioris insinuauerat.

270

Assentior tibi)

Gratam sibi familiaritatem Cornificij esse dicit,
& de pecunijs petitis consilium aliud illi dare niti-
tur: postremo suum officium pro Republica Cornifi-
cio commendat.

271

Non modo te)

Commendat Lamiam Lamiæq; negocia quam dili-
gentissime Cornificio, falsam suspicionem, quam de
Lamia conceperat, diluit.

272

Itane præter)

n 3

Mixta

ARGVMENTA

Mixta est epistola, prior autem pars in excusatione generis literarum consistit: in posteriore, ad uarias epistolæ Cornificij capita respondet.

273 Et si non satis)

In hunc decimum tertium librum Tiro commentatorias epistolas congegit, ne passim historiarum ordinem qui in multis epistolis est, confunderet. In hac autem epistola obliqua commendatione usus est Patroni Philosophi, cui a Memmio petit facultatem erigendi parietis, qui Memmio obsuturus credebatur.

274 Caio Auiano)

Petit a Memmio, ut Auiano habitandi facultatem in sacratio permittat.

275 Aulum Fusium)

Rogat ut Fusium pro pollicitis liberalius tractet.

276 Cum municipibus)

Municipium Volaterranorum hominum optimorum causam, negotiaque commendat.

277 Non moleste)

Docet bonis rationibus, Curtij agrum non diuindum, & ut illi in eare profiteatur.

278 Si vales bene est)

Cuspium amabat Valerius, quare Iulium Cuspij amicum tanquam ipsum Cuspium Valerio commendat.

279 Publius Cornelius)

Vt supra Iulium Cuspianum, ita Cornelium itidem Cuspianum hac epistola Valerio commendat.

280 Quum in Galliam)

Aethelanorum causam petitioneque, Clunio insinuat & ut immunitatem exactionis illis concedat, neque

men

menter flagitat.

281

Quum & mihi)

Petit a Rutilio, ne Albini agrum olim a Casare
per Laberium emum, militibus diuidat, idq; rogati-
one Sestij se facere dicit.

282

Quaquam tibi)

Societatis publicanorum Bithynicæ causam, in qua
probi multi erant, multiq; amici & familiares gene-
ro commendat.

283

Quam ad te tuus)

M. Varronem hominem dignissimum amplissimæ
commendationis Prætori Bruto ualde commendat.

284

Quia semper)

Arpinatis municipes Ciceronis uestigalia possidea-
bant in Gallia, cui præerat Brutus: quamobrem a
Bruto postulat, ut Municipium causa pro uestigali-
um exactione fauere uelit. Id autem sibi suisq; honori
futurum.

285

Alia epistola)

Superiore epistola omnium legatorum Arpina-
tum causam egit, in hac uero pro Suffidio necessario
suo, ut Brutus honorem & dignitatem illius de bene-
uolita legatione promoueat, scribit.

286

Lucius Castronius)

Castronium Pætum probum hominem Bruto com-
mendat.

287

Lucio Titione)

Petit a Bruto, ut Straboni faucat in exigendo a
Cornelio eius prouinciæ homine, debito.

n 4.

288 Præ

288

Præcilium tibi)

Præcilium adolescentem diligentissime Cæsari commendat.

289

Publium Crassum)

Apollonij docti & ingeniosi hominis, quicq; Cæsaris res gestas monumentis literarum mandare volebat, uictori Cæsari commendat.

290

Marcus Curius)

Curium omnium amicitia, & præsertim Sulpitio dignum, diligenter commendat.

291

Non concedam)

In hac epistola non tam commendat Atticum Sulpitio, quam gratias agit, quod Sulpitius tam pronus sit ad beneficiendum ipsi Attico.

292

Cum Lysone)

Caput huius epistolæ & commendationis est (ut ait ipse Cicero) ut Seruius Lysonem Patrensem, qui Pompeianos cum Cæsare redegerat in gratiam, in suam necessitudinem recipiat.

293

Asclapone Patrensi)

Asclaponem medicum Patrensem doctum & probum commendat.

294

Marcus Aemilius)

Hammonium Auiani libertum in causâ Patroni commendat.

295

Titum Manlium)

Manlium Cicero & sua & Varronis petitione causâq; diligenter commendat.

296

Lucio Cossinio)

Cossinium & sua & Patroni causâ commendat.

297

Quum antea)

Gratias agit Servio, quod Lysonis commendationem acceperit.

298

Hagesaretus)

Hagesaretum ob merita erga se commendat.

299

Lucius Mescinius)

L. Mescinium, Mindij fratrem, qui in Seruij provincia, ubi frater oppetierat, hæreditatem petebat Servio multis de causis commendat: & ut causam illius defendat, petit.

300

Licet eodem)

Gratias agit Servio, quod Ammonij causam defenderit, & nova commendatione homini rursus succurrerit.

301

Et si libenter)

Et gratias agit Servio, quod causam Mescinij suscepit, & ut eum porro adiuuet, flagitat: petitq; ut Oppiam Mescinij aduersariam Romam mittat, ut ille citius lis a Cicerone finiatur. Postremo Lacedæmoniorum ciuitatem causasq; eidem commendat.

302

Non dubito)

Obliqua commendatione Capitonis, qui cum Cicerone contra Cæsarem steterat, causam eius a Plancio suscipiendam postulat. Petebat autem is hæreditatem Antistij fratris.

303

Lucius Manlius)

L. Manlium hominem doctum & probum Acilio commendat, ut cum in petitione fraternæ hæreditatis adiuuet.

304

Caio Flauio)

Flauium Crassipedis generi amicum olim Acilio commendat.

ARGVMENTA

305 In Halefina)

Hospites Halefinos suos proconsuli Siciliae diligenter commendat.

306 Cneo Otacilio)

Amicum Nasonem (quem plerique autumant patrum Ouidij Poetae) commendat.

307 Auitum mihi)

Lysonem hospitij gratia commendat.

308 Caius Auianus)

Auianum Philoxenum hospitem suum, & in Nocumenses relatum a Caesare commendat.

309 Cum Demetrio)

Demetrium Megam Acilio commendat, & ut eum in numero ciuium Rom. habeat, petit.

310 Hippia(m Philoxeni)

Hippiæ causam ut defendat, Acilium rogat.

311 Lucius Brutus)

Bruti res Acilio commendat.

312 Cum familia)

Titurnium familiaritatis ergo diligenter commendat.

313 Lucium & Caium)

Aurelios filios Lucij necessitudinis gratia ualde commendat.

314 Quæ fecisti)

Culeolo gratias agit, quod Lucij Luceij causam diligenter suscepit, & ut id porro agat, orat.

315 Lucius Luceius)

Petit a Culeolo ut adiuet L. Luceium, ut Belliones illi satisficiant.

316 Et si plurimis)

GIB. LONGOL.

Lucium Oppium Egnatij procuratorem, & suo
& Egnatij nomine diligenter commendat.

317 Et si extuís)
Eiusdem est argumenti cum superiore.

318 Lucio Egnatio)
Anchilaum Egnatij seruum propter dominum
commendat.

319 Lucius Nostius)
Nostium cohæredem suum Apuleio commendat.

320 Quid ego tibi)
Obliqua commendatio Egnatij.

321 Omneis tibi)
Paphios Ruso commendat.

322 Quintus Pompeius)
Quintum Pompeium diligentissime familiaritatis
nomine commendat.

323 Sumi hoc mihi)
Marcum Curium de meliore nota Aristo commen-
dat.

324 Publium Melsinium)
P. Melsinij causam agit.

325 Aulus Licinius)
Pro A. Licinio ad Regem scribit.

326 Lucio Gemicilio)
Commendat Gemicilium hominem quavis com-
mendatione dignissimum.

327 Quum mihi multa)
Gratias agit Termo quod Marcilium iuuerit, de
inde socrum eiusdem Termo commendat.

328 Et si

ARGVMENTA

328 Erſi mihi uideor)

Negocia legati ſui M. Anneij commendat.

329 Caius Cluius)

Negocium Cluij Termo diligentiffime commen-
dat.

330 Quo magis)

Petitoria eſt epiftola, & commendatoria M. Anneij
legati.

331 Lucius Cuſtidius)

L. Cuſtidij cauſam Rufo commendat.

332 Marcum Fabium)

M. Fabij curam ſuſcipit hac epiftola.

333 Lucius Liuiueus)

L. Liuiueum & illius & patroni cauſa officioſe
commendat.

334 Tito Pinnio)

Petit a Prætorẽ, ut Niceenſes Pinnio filio pecunia
am quam debent, ſoluant: & ut procuret, rogat.

335 Et in Attilij)

Agit gratias Silio, quod Attilij commendationem
acceperit, & deinde Q. Fratrem commendat.

336 Non putaui)

C. Lemnij negocium & ſuo & Q. fratris nomina
Silio commendat.

337 Nero meus)

Agit gratias Silio Neronis nomine, diligenter
commendato adolescente, deinde petit ut ipſum Neronem
Neronianoſq; tueatur & adiuuet.

338 Cum Publio)

Pub. Terentium magiſtrum rationum ſocietatis
ſuæ Silio diligenter commendat.

339

Aulum Cæcinnam)

Negocium habebat in Asia ante exilium Cæcinnæ,
 & cum exularet propter Cæsaris iram, cupiebat reliquias negociorum conficere, quare profectus in Asiam ad Seruilium proconsulem, a Cicerone commendatus est.

340

Ex prouincia)

Andronem familiarem suum commendat studiose Seruilio.

341

Gratæ uehementer)

Non est commendatoria, sed responsoria ad literas Seruili. Petit autem ut certior fiat ab eo de rebus prouinciæ: deinde causam dicit, cur minus sæpe de Republica scripturus sit. Postremo officium suum ille pollicetur.

342

Caius Curtius)

Petit a Seruilio ut Curtij Miibris controuersiam explicet.

343

Quia non est)

Appium Menandrum & suo & patroni nomine Seruilio commendat.

344

Multos tibi)

T. Agusium comitem exilij ualde commendat.

345

Ceresiæ necessariæ)

Ceresiæ necessariæ negocia Seruilio rursus commendat.

346

Gratulor tibi)

Gratulatoria est epistola & commendatoria & petitoria.

347

Et si non dubito)

Commendatio eorundem, quos præcedente epistola

ARGVMENTA

Nola commendarat.

348 Et si non dubito)

C. Auianum Flaccum iterum commendat.

349 Tantæ mihi cum)

Narrat decurionibus quantopere Q. Hippium amet, quibus etiam C. Vagum, ut in agro emto illi dux xilientur, commendat.

350 Quum his)

Principio officium suum, deinde M. Bolanum commendat: postremo petit, operam det, ut Dionysius sitigitius ad herum reducat.

351 Democritus)

Democritum Sicyonium hominem familiaritate dignum ualde commendat.

352 Et te scire)

C. Auianum Flaccum, quem prius Q. Philippo & alijs commendauerat, nunc Allieno ualde probat.

353 Et literis)

Deslet suam suorumq; calamitatem Cicero, & quæssum redeundi ab exilio habeat, ostendit. Postremo dissuadet uillæ uenditionem Terentiæ.

354 Noli putare me)

Principio excusat se, cur breuius ad Terentiam scribat. Deinde conqueritur de sua suorumq; desolatione, & quam ægre acceperit, proscripserat fuisset suas, exponit. Postremo etiã dissuadet, ne sumtum in ædificando faciat, sed ualetudinem suam curet.

355 Accepi ab)

Conqueritur & hac epistola, quod culpa sua & ipse et sui in mœrorib. sint. Deinde ad uaria capita litera

tera

terarum uxoris respondet. Postremo dicit, se cupere certiores fieri, quid de sua restitutione agatur.

356 Ego minus sæpe)

Pathetica est epistola, & affectibus honestis plena, in qua ad uaria epistolæ uxoris capita rescribit.

357 Si tu & Tullia)

Narrat Terentiæ, quomodo cum filio nauigaue-
rit, quodq; literas eius acceperit: quidque ea agere
debeat, edocet.

358 Nec sæpe est)

Mixtum est epistolium: nam & excusat se quod
raro scribat, & de prædij uenditione ait se cognouisse,
& petit ut satisfaciatur cuidam, & Pollucem ser-
uum ad se mitti cupit.

359 Omnes molestias)

Exponit uxori, quomodo, eieciabile, senatus sit,
hortatur ut bono animo sit. Postremo ostendit, ubi
commode degere possit.

360 Si uales, bene est)

Rogat ut ualetudinem curet: & gaudere se dicit,
quod de Cæsaris literis certior factus sit.

361 Ad cæteras meas)

Ostendit se incertum esse animi.

362 Quid fieri placeret)

Excusat se cur clarius & longius non scribat.

363 Si uales, bene est)

Dolere se dicit de Tullia fortuna.

364 Quod non in)

Nunciatoria & dehortatoria est.

365 Quod

ARGVMENTA

- 365 Quod scripsi ad)
Consilium dat uxori.
- 366 Si uos ualetis)
Rursus consulit Terentiæ quid agendum sit, sed
explicatius, quam in superiore.
- 367 Si uales, bene est)
Nunciatoria de rebus suis.
- 368 Et si eiusmodi)
Literas ab uxore expectat, & dolorem, quam a
Volumnia acceperat, explicat.
- 369 Si uales, bene est)
Excusatoria cur nihil scribat.
- 370 Considerandum uobis)
Monitoria est epistola.
- 371 In maximis)
Nunciatoria est epistola.
- 372 In Tusculanum)
Monitoria ut balneum paret.
- 373 Si uales)
Hortatur ut ualeitudinem curet.
- 374 Si uales) Argumento non indiget.
- 375 Si uales)
Nunciatoria & petitoria.
- 376 Si uales bene) Argumento non indiget.
- 377 Si uos B.)
Nunciatoria & petitoria est epistola, exponit .n.
quam uarij sint rumores timoresq; Pariborum aduen-
tus: deinde a senatu maiorem exercitum petit.
- 378 Si V. V. B. E.)
Exponit quid in Cilicia post suum aduentum ege-
rit.

379

Quum ad me)

Catonem certiolem facit, quid de Parthis acceperit. Deinde cur non scribat, excusat se.

380

Summa tua)

Longa hac epistola & elegantissima Catonem sollicitat, & rogat ut honorem illius ornet, & apud senatum amplificet, recensitis prius quid in Cilicia egerit & confecerit.

381

Quod &)

Gratulatur Ciceroni de rebus a se gestis, & tacite dissuadet ne triumphum ambiat.

382

Lætus sum)

Iucundam sibi Catonis gratulationem fuisse dicit. Petitq; ut rursus apud senatum sua sententia & uoluntate a Catone adiunetur.

383

Te & pietatis)

Et gratulatur Marcello, quod frater eius Consul factus sit, & petit ut operam det, ut illi in provincia succedatur.

384

Maxima sum)

Officiosa est epistola, qua C. Marcello de nouo consulatu gratulatur.

385

Marcellum tuum)

Gratulatur rursus M. Marcello, quod frater consul factus sit.

386

Quoniam id)

Petit a consule, ut honori & dignitati Ciceronis faueat in senatusconsulto, quod petebat Cicero.

387

Quantæ tibi)

Agit gratias Marcello, quod in dignitate & ornamentis ab illo adiutus sit.

o

388 Etsi

ARGVMENTA

388

Etſi mihi)

Officioſa eſt epiſtola, & petitoria, ut ei ſuccedat
eur.

389

Maxime mihi)

Officium ſuum Paulo approbat, deinde petit ut di
gnitatem illius promoueat in ſenatus conſulto appro
bando.

390

Marcum Fabium)

Reſpondet ad Caſij commendationem, & ſe illam
cupiſſe uidere, antequam in prouinciam iret, dicit.
Poſtremo petit, ut operam det, ut ei ſuccedatur.

391

Etſi uterq;)

Conſilium ſuum in bellis ciuilibus exponit.

392

Peto te iam)

Iocatur cum Caſio, quod Epicureus factus ſit.

393

Præpoſteros habes)

Exponit quæ noua in urbe gerantur.

394

Longior epiſtola)

Excusatoria & nunciatoria de Reipub. ſtatim
animo.

395

Si uales)

Reſpondet ad duas priores epiſtolas.

396

Oratorem meum)

Petit ut Trebonius ſæpe ad ſe ſcribat.

397

Et epiſtolam)

Reſponſoria eſt epiſtola, bona tamen ex parte of
ficiosa.

398

Vide quanta)

Ex his epiſtolis animus Ciceronis erga doctos li
bertos & uiros cognoscitur. Conſulit autem & mo
net hac epiſtola Tironem ualeudinarium, ut ualeu
dinem

anem suam diligenter curet.

399 Septimum iam)

Hortatur Tironem ut ualitudinem curet, & quā
primum ad se ueniat.

400 Paulo facilius)

Eiusdem est argumenti cum superiore.

401 Non queo ad)

Officiosa est epistola.

402 Nos apud)

Hortatur ut curet ualitudinem, ut in reliquis pro
pmodum omnibus.

403 Varie sum)

Solicitus est pro Tyrone.

404 Tertiam ad)

Eiusdem est argumenti cum præcedenti, ut & il
la quæ sequitur.

405 Nos a te)

Itineris descriptio, reliqua hortatoria sunt ad ual
itudinem.

407 Et si oportuit)

Eiusdem argumenti, nisi quod in fine narrat, quid
in urbe fiat, quæq; pericula urbi imminant.

408 Quod in discrimine)

Pericula dissensionum ciuiliū narrat, & ut ual
itudinem curet, petit.

409 Ego uero)

Scripserat Tiro se uenturum ad Curionem, si ipse
id cuperet. Ad quod respondet se cupere uero id est
serio, & ex animo, sic tamen, ut pericula deuitet, &
saluti consulat.

419

Aegypta ad)

o 2

EX

ARGUMENTA

Ex Aegypto, qui a Tirone uenerat, dicit se intellexisse Tironem leuatum febri, sed quia non scripsit, grauius quippiam ueretur, ne omnino non conualuerit. Deinde scriptis his ab eo missas literas dicit.

411 Andricus postridie)

Tota hac epistola significat Cicero solitudinem suam de ualetudine Tironis, quam hortatur ut curet ualere, & retineat Acastum seruum.

412 Omnia)

Hac quoque epistola hortatur Cicero Tironem, ut curet recte ualere, & nunc ad se uenire. Videntur autem haec epistolae a Tirone in lucem datae pro sui commendatione.

413 De Tirone mi)

Laudat Ciceronem, quod Tironem hominem doctum & probum manumiserit.

414 Video quid)

Reprehendit Tironem, quod uerbo Fideliter improprie usus sit.

415 Quid igitur)

Reprobat sententiam Tironis de quodam uocabulo: sed haec & sequentes duae argumento non egent, non enim historiam continent.

418 Quum uehementer)

Varia Tirone scribit Cicero filius.

419 Spero ex)

Præter ualetudinis curationem mandat quaedam Tirone.

420

Tu uero)

MIXTA

GIB. LONGOL.

Mixta est epistola.

421 Etli mane)

Mandatoria est epistola.

422 Etli iusta)

Hortatur ut sæpe scribat, ne excusatione utatur.

423 Verberaui te)

Eiusdem est argumenti.

424 Mirificam mihi)

Narrat quid de consulibus sentiat.

F I N I S.